

Sessio diei: 23 Ianuarii 1962:-

SCHEMA CONSTITUTIONIS SEU DECRETI

DE DEPOSITO FIDEI PURE CUSTODIENDO

CAPUT X

DE SORTE INFANTUM

ABSQUE BAPTISMO DECEDENTIUM

XXXXXX

XXXXXXXXXX

**PLACET IUXTA MODUM:** Nam doctrinam revelatam constanter  
tenuit Ecclesia. Tamen, ad Caput 10,  
Nº 51, mihi videtur omnino conveniens et opportunum ut huic  
numero addantur in redactione definitiva exposita prudentissime  
et proposita ab Emmis. Card. Ruffini et Agagianian.

Nº 52. Circa officium baptizandi infantes,

Placet iuxta modum: id est, quod officium grave est curare  
ut infantes baptizentur, ad normam can.  
770. Non autem quamprimum commode fieri potest, quia peri-  
culum verum adest ut baptismus protrahatur, quacumque ex  
causa, cum damno gravi infantium.-

A l a p h r i d u s S i l v a S a n t i a g o.  
Archiepiscopus Ssmae. Conceptionis.